


Aus d. Grisebach'schen Archiv.

Nr. 59. 1.



PSALMI

I. II.

Q V O S

VARIETATE LECTIONIS

E T

PERPETVA ANNOTATIONE

ILLVSTRAVIT

HENRICVS CHRISTOPHORVS
FRIDERICVS HVLSEMANN

GOTHANVS

THEOL. CAND. ET LITER. HMANIOR. CVLT.
SOC. LAT. IENENS. SOD.



I E N A E,

TYPIS STRANCKMANNIANIS

MDCCXCIII.

ГИЛАЗ
и

БАТУХИ

4079

ДИРЕКТОРІЯ
ПРИДАЧА

Ек Θεων γαρ μαχησας πε-
τω βερτέσις αρεταις,

Και σοφοι και χεροι βια-
τας περιγλωσσοι της Εφην.

Pindarus:

ДУЮОНДОГАН САУРИНН
ИИАМДАЧАН САУРИНН
САУРИНН САУРИНН
САУРИНН САУРИНН
САУРИНН САУРИНН
САУРИНН САУРИНН

САУРИНН САУРИНН

ДАИ НИ

САУРИНН САУРИНН
САУРИНН

DOC EST
INCLVTAE
MUTUMUKUMU

SOCIETATIS LATINAE IENENSIS

DIRECTORI PERILLVSTRI

EPHORO ILLVSTRI

VIRO

QVI AB EPISTOLIS EST

SPECTATISSIMO

SODALIBVS DOCTISSIMIS

H O C

QVALECVNQUE OBSERVANTIAE SVAE
INCIPIT
M V N M

SOCIETATIS ITALIANAE IERNINSIS

DIRECTORI HERITASTRI
D. D. MARIA

ELIORO HERITASTRI
G HENRICVS CHRISTOPHORVS FRIDERICVS
HVELSEMANN

671.48 EPISTOLIS EST
SCHEGATTABSIOM
SODVITIAE DOCTRINIS
ALVALEDICTVRVS

PRAEMONENDA.

Quod plerumque diligentibus poeseos lectoribus, praecipue lyricae, accidere solet, ut, lecto suavi ac sublimi carmine, vehementer commoveantur, vel plane abripiantur; et, de natura ac oeconomia eius cogitantes, ingenium auctoris, suavitate, venustate, ac sublimitate operis sui maxime entitens, et sensibus imaginum varia et alliciente arte incensis, ad virtutem et pietatem erga deum lectores adducere praepollens, ex animo commotissimo admirantur ac felix praedicent; idem hoc mihi saepius fateor contigisse, quoties in V.T. lectione ad illa magnificissimae Hebraeorum poeseos monumenta accesseram, ac in ipsis perscrutandis et in usum meum vertendis operam assiduam collocaveram, ut, tum ab argumenti gravitate

tate ac dignitate commotus, tum a formae, dispositionis unitate, imaginum variis floribus condecoratae, elegantia, animum meum dulcissimo, ac divino dixerim, sensu demulceri sentirem. Saepe admiratus sum sublimem ac eximium poeseos simplicis Hebraeae genium, qui, cum non multo ante milii vix hic vel illic obvius esset, ac sensibus gratus; mox, — in primis Sulzeri, Lowthii, Herderi V.V. cl. de p̄osi c̄ommentationib⁹ Aestheticae artis causa perlustratis, et Klopstockii nostri lectione gustū p̄eparato, — maxima vi, ac summi luminis claritate ante oculos obversabatur. Quam felices sexcenties praedicavi Mosen, Davidem, Assaphum, Korahitas, felicissimos poetas, doctrinam aliquam moralē, sententiam religiosam, dictione tam suavi, venusta, ingenium aequē atque animi pietatem evehente, pronuntiare callentes, ut necessario quilibet lector, naturae elegantiarum non plane rudis, sed eas sentiendi vi facile irritabili praeditus, ad perspiciendum, et ex intimo animo amplectendum rectum, honestum, bonumque, quod τῷ Ιησῷ cantabatur, non retinendus impelli debeat. Sic facilime virtatis vividus sensus et amor in animis hominum, vel ruidum adhuc, excitatur et confirmatur. Haec vere est lingua naturae illa, naturalis sensuum ac animi affectuum sermo, maximum in hominum qualiumcun-

7

umicunque animos exercens imperium, ab
impietate, dei incuria et vitae importuno
abusu retinens, ac melioribus felicitatis ve-
rae suae nutrimentis dicam an obiectis imbue-
ns. Cuius, quatenus huc pertinet, veram
naturam, qua tantum valet, valuit, et sem-
per, donec iusto ac naturali ornatu suo in-
notescat, valebit, nunc paucis adumbrabo.

Homo ingeniosus priscae aetatis, animo
rerum naturae assidua contemplatione, mox
ad auctorem summum eius deductus et eve-
ctus, non potuit non ex visorum impressio-
ne, sensibus multis, variis illis ac vividis
obrui, ita, ut quod non amplius pectore
pleno suo continuere poterat, brevibus et
praegnantibus, saepissime onomatopoeticis
verbis, enuntiaret. Quo sermonis genere,
occasione saepius illi indulgendi obvia, tav-
tologiis varii generis, unde parallelismus
membrorum evatus est, ac imaginibus variis,
metaphoris, prosopopoeiis, amplificato, or-
tum duxit carmen simplicissimae formae,
breve, attamen rerum ac imaginum copia
scatens, ideoque saepe hac dictionis varieta-
te, brevitate cum rerum copia coniuncta,
obscurum. Mox sensu veri ac pulchri tactus
notionem vel ethice vel politice veram, mul-
tum ad animi huius vel illius pietatem facien-
tem, variae dictionis genere quodam, ac

imaginum sensibus suavissimarum, et veri
vim mire augmentium, ope, exornavit, et
animos ad illam intelligendam praeparatos,
tunc et ad amplectendam ipsam suaviter ac ve-
hementer simul permovit. Israelita tale שִׁיר
cantans, simul fidibus plectendis, et saltan-
do, animi affectionibus suis satisfacere sole-
bat, et ita omni sensu boni pulchrique inten-
to, toto pectore Iehovam, nationis suae al-
mum deum *), celebrabat. Huc spectat,
quod secundum complures psalmorum in-
scriptiones, שִׁיר illud cantabile in קָנְצֵר transi-
serit, si quidem ad cantum ipsum musicorū
instrumentorum usus accedere poterat.
Haec est naturalis carminum Hebraeorum,
universē קָנְצֵר appellatorum, origo. Sim-
plicitate sua conspiena sunt, sed et, imaginum
ex immensae rerum naturae penetralibus
carptarum floribus, suavissima; et argumen-
ti subiacentis, notionis moralis, virtutis inci-
tamenti causa, grata, sublimia, veneranda,
admiranda!

Huius Hebraeae poeseos generis, naturae
simplicitate sua ab omni aliis gentis poesi fa-
cile dignoscendi, varii varios constituerunt
ac definierunt partes et genera. Psalmorum
I. **II.** indolem ac verum poeticum charac-
terem

*) Vide Herder's Geist der Ebr. Poesie. Th. II. S.
384. seqq.

rem igitur diligentius paulo indagaturus,
caute in arbitris harum rerum, et praestan-
tissimis scriptoribus in subsidium vocandis,
versatus sum; tum, quod alios nimis artifi-
ciose Hebraeae poeseos genium cum graeco,
et nostro comparantes, tum alios nimis fervi-
de de illo loquentes, ideoque naturae eius
simplicitatem laedeentes animadvertere existi-
mabam. Medium in re difficultatibus gra-
vibus suis non carente, tenuisse, me ad fun-
dum rei proxime, spero, adducet.

Carmen Hebraeum, יִשְׁוָעָה, natum pri-
mum esse ex lactissimis incitatissimisque ani-
mi humani affectibus, velut gaudio, amore,
metu, aliis, auctores suadent harum rerum
ingeniosissimi ac elegantissimi V.V. *Louth* et
Herder in libris suis de poesi Hebraeorum.
Talis vero animi affectus, quam facile in ho-
mine, nullo adhuc praestigiarum genere of-
fuscati oculis rerum naturam inspiciente, ob-
servante, ac admirante, digni, ac cum impetu
excitari poterant, res ipsa docet, et historia
originis poeseos inter omnes nationes exem-
plis luculentis probat. Sed hoc in perscrutanda
Hebrei carminis natura maxime appa-
ret memorabile, quod semper religiosum ar-
gumentum percusus vatis animus eligebat,
atque poeticus ille ἐνθουσιασμός, quem furo-
rem dicunt, ad Iehoyae cultum et ei placeu-



di studium, unice spectabat. Hoc modo auctorem huius poeseos Mosen v. c. Exod. XV. Deutr. XXXII. canentem reperimus, ita illum sequentem et ingenij felicitate proximum Davidem, eiusque aequae ac Musarum amicos, Assaphum, Ieduthuum, Hemanum, Korahitas *), — aurei aevi Hebraeae poeseos vates; — sic denique Salomo paternum poeseos studium coluit, alii; usque dum ex prophetarum ore, rerum publicarum statu theocratiae subinde mutato, aliud sibi argumentum, latius spectans, proprium scopum haec poesis sibi proponeret. Hoc igitur modo poesis Hebraea, in *Mosis*, *Iudicum*, *Samuelis* et *Psalmorum* libris obvia, nec in prophetis quibusdam carminibus plane deleta, subinde ortum suum ac indolem duxit; at non multo postea in ore בְּנֵי יִשְׂרָאֵל ad aliud poeseos genus politicum, in terrore, consolatione, faustaque spe excitanda, et futuros exitus detegenda occupatum, transiit.

Haec, si quid indieo, necessario prae-
monenda erant, tunc si genuinam ac primam
psalmorum poeseos naturam satis et perspi-
cie, ad meum scopum, delineare volebam;
tunc, ad interpretationis meae indolem defen-
dendam, quae scripturae ex scriptura expli-
cam monit. can-

candae methodo forte nimis addicta videri possit; quam tamen interpretationem in veterum lectione, saepius commentatorum faragine magis quam per se impedita, semper optimam, naturae rei convenientissimam reperi.

Vna tantum ac simplex unicuique psalmo subest sententia, sive Iehovae cultum, si-
ve hominum virtutem, sive regis solemnia
spectet. Hoc cuique psalmo substratum uni-
cum argumentum simplicitate sua plerumque
placet, ac suavi, venusto, vario, sublimi-
sermone exornatur; eo unitas odes, ad quam
omnis dictio quadrat, constituitur. Talem
igitur psalmum legenti et relegeuti, si quis
iustus rei arbiter esse vult, ante omnia co-
gitatio simplex, quae carmini subiacet, enu-
cleanda est; qua semel potitus facile imagi-
num, quibus exornatus est יְהוָה, vim et pa-
rallelismi suavem numerum, pro scopo iusto
habebit, et rite intelliget. Intellecta ista
sententia, totius orationis ordo ac dispositio,
nec non dictionis cuiusque vis propria na-
turali sua pulchritudine oculis sese claram ac
idoneam offert. In hac eum sententiae sim-
plicis per carmen totum adornatione, consi-
stit venustas illa a viris harum rerum κατηκον-
τασις tam eximie laudata, nec unquam satis
commendabilis, admirabilis. Cogitationis
sub-

subiacentis natura, sive severa, sive laeta sit, ipsam formam carminis, genium ac characterem constitutat, necesse est, id quod cuilibet harum rerum intelligenti notissimum. Hinc varia psalmorum genera, suavia, laeta, gravia, terribilia, sublimia. Quae optime perspecta habens *auctor libri* *) omnino elegantissimi *de sacra poesi Hebraeor.* quadruplex genus *odes Hebraeae* constituit; primum *suave* v. c. Ps. XXIII. alterum *sublime* e. g. Ps. L. tertium *medio* ex utroque charactere mixtum, e. c. Ps. XCI. quartum *summae sublimitatis* v. c. IDeut. XXXII. Haec *תְּבוּרִים* variis generis distributio, quam ingeniosa sit, quam acre omnis poeseos Hebraeae simplicissimae naturam indagans iudicium sapiat, et exemplis maxime idoneis et illustrantibus ob oculos ponat, vel tironi in aprico esse potest. Evidem pro scopo hoc meo eatenus tantum hanc Lowthianam carminis Hebrei distributionem laudavi, quatenus ad poeticum Ps. I. et II. genus et premium illustrandum sufficiet. Qui vero harum rerum curiosior est, illum ad *Lowthii* et *Hederi* libros potissimum mitto; hi enim elegantissimi scriptores in hoc literarum genere omne tulerunt punctum, miscentes utile dulci.

*) Vide *Lowth de sacra poesi Hebraeor.* ed. Michaelis. Prael. XXV. sqq. Iam

Iam vero mihi id definiendum erit, cu-
ius causa maxime haec omnia praemonenda
duxii: cuinam carminis Hebraei generi psal-
mos duos priores adnumerandos putem, et
probem. Psalmum igitur I. esse e priori genere,
suavitas verborum ac imaginis involuta dictio
testatur. Opponitur vitae ratio pii impietati
sclestorum; hinc sequitur γνωμη: *Legis Ieho-
vae strenuus observator solus beatus!* Psalmi vero
II. argumentum et oeconomiam secundo cha-
ractere, sublimitate niti, vero simile mihi
videtur; imprimis cum ab initio statim ani-
mum spiret regium et dei auxilio fisum, et
v. 7. ipsius Iehovae decreto terreat hostes.
Incipit solemni illo Horatiano: *Quo quo sce-
lesti ruitis? et: quousque tandem abutemini*
patientia Iehovae? et sic in medias res lecto-
rem statim rapit; attamen in simplicem quo-
que illam Ps. I. sententiam lente desinit, v. 12.

Quibus praemissis, omnia, quae inter-
pretationi utriusque psalmi inserviant, com-
prehendere posse mihi videor, si post hanc
introductionem, brevibus naturam ac indolem
genii poetici illorum carminum illustrantem,
speciatim addam argumenti recensionem, post
haec argumenta perpetuam philologicam adno-
tationem textui subiecturus. Ita argumenti re-
censione, *unitas psalmi* utriusque, dispositio ac
oeconomia partium ostenditur; simulque in-
telli-

telligitur ex praemissis, ad quamnam poeseos totius Hebraeae partem haec quadrent. Ita nullo intelligentiae impedimento relicto, statim elucet: quomodo incipiat, progrediatur, et desinat carmen. Haec philologo sufficient scripturam ex scriptura, quod aiunt, explicare assueto; sed ad theologicum usum adiungenda adhuc restant omnia illa N. T. loca, in quibus nostri psalmi laudantur; quae indicanda et breviter explicanda sunt *). Quid hisce explicatis adhuc intelligentiam iustam psalmorum dñorum impedire possit, equidem non video, ideoque mancum mei laboris consilium non esse confido. Sed opus ipsum imperfectum, iuvenem Academicum in arte critica et interpretatione sublimiori adhuc tironem nimis prodere, si a peritis arbitris, quibus potissimum placere cupiam, censebitur, non est cur aegre feram. Non enim in limine talium severiorum studiorum eximium fastigium statim assequi licet, nec iuvenis eam ipsam ob causam quod vires qualescunqne suas experiri ausus est, fastidium merebitur.

Ceterum aequos lectores et iustos arbitros ex animo opto, et propter studiorum

meos

*). Qui plura adhuc desiderat, e. g. de Messiae vaticiniis narrata, illum ad Husnagelli et Antonii V.V. S.S. Revv. Disserrt, siper hoc argumento dimitto.

meorum incitamentum, si tali non plane in-
dignus videar, humanissime expeto. Dies
diem docet. Si conatus semper ulterius pro-
grediendi ad perfectiora verumque indagani-
dum, animum ingenuum stimulat, cur om-
nino de melioribus desperandum esset? Com-
mendo me igitur de meliori omnibus huiusc
libelli lectoribus humanissimis, quos istis
Rotmari, Apollonii Rhodii interpretis, verbis
saluto;

Sunt haec ingenii germina prima mei
Mox meliora dabo, si non hinc respici ortum;
Sunt in principio cuncta minora suo.

ARGY-

meotum pietatumque in ppi non posse in
quibus aliis. punitus sine excedere. Dies
hunc fecit. Si contra eumque illud in pro-
testatione huius regis iusta verumque in de-
cim annis sicut in aliis annis etiam in
anno regni eiusdem secessit. Com-
ARGVMENTVM
PSALMI I.

Hoc carmen, sive meram inscriptionem Librorum
V. Psalmarum putas, sive, quod, si quid iudico, veris-
milius est, cum Ps. II. argumento coniunctissimum, tan-
quam protasis et apodosin, habeas, e suavissimis esse,
non facile insiciaberis. Grata illi inest Vnitas; una enim
tantum cogitatio, μνη, subest haec: „Integer vitae
scelerisque purus, legum Iehovae strenuus observator, so-
lus ad veram felicitatem, summum honorum, aspirare
potest.“ Ad hanc piam cogitationem adumbrandam,
poeta causas felicitatis integri ac pii enumerat. 1) V. 2.
Quia colit praecepta Iehovae, int. Mosaica, et illis indul-
get. 2) V. 4. Quia se disjungit a coetu impiorum, qui re-
glectis Iehovae praeceptis hoc vel illuc abripuntur, sce-
leribus faventes. Ad hanc veritatem, quam animo in-
time infixam tenebat, poeta, et quam lectoribus suis gra-
vissimam persuadere studebat, apte adornandam, addit
imaginem e rerum natura deponitam. Fingit sibi ar-
borem bene irrigatam, tempore iusto fructus edentem;
quae donec incolumis servatur, nunquam definit frugifera
esse, nisi a verme mortifero arrodat, folia delabantur,
et arescat. Grata profecta est haec antiquissimorum
poetarum consuetudo, qua notionem, vel ad mores spe-
ctantem, vel ad civilem prudentiam, imaginibus, viso-
rum

VOTA

rum impressionibus ac sensibus hominum proxime adiacentibus, eo magis illustrant, et naturali quadam pulchritudine eo suaviorem reddunt; ita ut, quae imaginatem demulcebat cogitatio, ad animi integritatem promovendam eo magis faciat. 3) sequitur V. 6. ~~versus~~
carminis haec: „Nullus enim, nisi integer, ac Iehovae cultor, felix esse potest, cuius animum deus perspectum habet et probatum. Qui vero praecepsit eius obsequium praefat, felicitate vera gaudebit.“ cf. idem Ps. II, 12.

ARGUMENTVM PSALMI II.

Hoc quoque carmen unitate suavi placet, qua semel intellecta, quodlibet vocabulum eius iustum suum obtinet locum et miram perpicuitatem. Quis non videt regem hic describi ab hostibus exteris vexatissimum? Poeta nos in medium rem rapit, nec prius monet: quinam ille rex sit, quem tam vexatum depingit. Historico igitur facto opus est, ut, quod obscurum reddit carminis nostri argumentum, temporis et occasionis aenigma rite solvere possimus. Carminis enim omnis difficultas eo mihi videtur reducenda, quod plerumque neglexerint interpreti, ceterum doctissimi, curatius perpendere: *quisnam loquatur, et de quo sermo fit?* Hoc si a nobis erit excussum, oeconomia carminis nostri facillime erit intellecta. Occasionem enim illius, perletis historicis V. T. libris, liquet desumptam esse ex libro 2 Sam., qui pluribus psalmis lucem affundit; attamen difficile est definire: utrum e 2 Sam. V. sqq., an c. VII, 14. argumentum suum desumserit auctor. Vtrague historica ar-

B

gumen-



gumentatio (tertiam enim, praeter theologicam, nullam reperire, nec ipse satis probabilem investigare, potui) doctissimi et Celebb. VV. tuentur. Priorem *Ven. Knapp.* in verf. Psalmorum suadet, et omnino ille locus, 2 Sam. V. bene ad argumentum, et verum sensum, Psalmi II, quadrare videtur; narratur enim l. c. „Davidem regem, bello cum Canaanitis reliquis implicitum, a multis quoque exteris nationibus vexatum esse, ita ut undecunque ab hostibus esset circumfessus. Quibus superatis demum arce Sione potiri, ac incolere illam, illi licuisse.“ Hoc historiae Israelitecae facto ad psalmum II. relato, ita constitendum est ejus argumentum:

V. 1. tumultuantur populi — Iebusaei, Philistaei al.

(2 Sam. V. 8. 22.)

V. 2. Hi ex suis regem cupiunt, sed Davides solus ex Iehovae legibus imperium Israelicum obtinet (V. 12.)

V. 3. Clamor aestusque horum regis Israelis inimicorum. V. 17.

V. 4 — 7. Loquens introducitur David, sisus auctoritate et legibus, Iehovae cuius nutu imperat Israelet. V. 12.

V. 8. 9. Iehova Davidi auxilium promittit V. 23. et minatur inimicis interitum.

V. 10 — 12. Sequitur argumentum τας Ιερους, seu γιωμα: Leges Iehovae colite reges, nam illas neglecturi infelices eritis. cf. Ps. I. 6.

Altera argumentatio, carminis nostri verum sensum explicatura, illa est, quam S. V. *Paulus Prof.*, Jenens, Vir summa humanitate sua erga auditores suos aestuans, in Clave philol. tueret. Nititur illa loco 2 Sam. VII. 14. Iehova enim v. 12 — 15. promittit Davidi filium Salomonem, cf. 1 Chron. 18, 11 — 14., qui Davidis imperio ab hostibus purgato, securius imperatus

rus

tus, et templum magnificum a patre praeparatum
 2 Sam. VII, 2. 5., tunc hostibus nullis impeditibus,
 multo facilius et opportune exstructurus sit. Aedificatio-
 nem huius templi differendam monuit Nathan, 2 Sam.
 VII, 12 — 15., salutem regiam curans, et perfusas potius
 necessitatem opes regni omnes iam ad hostes vin-
 cendos adhibendi, et Salomoni filio templi illius exstruc-
 endi gloriam permittendi. 1 Reg. VI, 1 — 11. Haec quo-
 que argumentatio, quae ad Salomonem argumentum
 psalmi refert, magnam prae se fert veri speciem. Quis enim
 argumentum verum ac indubitatum, huius odes haec tenus invenisse sibi assumat? Secundum hancce S.
 V. Pauli argumentationem, auctor psalmi est Salomo,
 qui imperio a patre nondum satis pacato, hic atque illic
 tumultus clandestinos oriri audiebat, ideoque hunc
 psalmum ad inimicos suos deterrendos, vel potius ad
 erigendos civium animos vel ipse scripsit, vel suo no-
 mine scribi permisit. Argumentum ad hanc hypothesin
 ita foret constituendum:

V. 1. Patre meo, inquit Salomo, adhuc regnante,
 tumultuantur Iebusaei, Philistaei, postremo ipsi
 Israelitae atque in primis seditione Ephraimitae, sed
 et nunc inane sit, quod meditantur in me.

V. 2. 3. Hi e suis regem Israe lis eligere cupientes,
 leges Iehovae laeserunt, quia rex (מלך) ego
 nutu Iehovae constitutus sum.

V. 4. Irritos faciet Iehova clandestinos eorum tumultus.

V. 5. Iam vero si effervescent, Iehova, cuius ego nutu
 Israelitis impero, eos acrius coercebit

V. 6. seqq. Ipse enim me quandam regem Israe lis de-
 signavit, 2 Sam. VII, 11 — 15.

V. 11. — 12. *Sententia* est, supra iam illustrata.

Utraque argumentatio suis nititur iustis rationi-
 bus, et historico fundamento innixa vero nos propiores

adduxit. Indubitatum argumentum hoc vel illud nullus adhuc probauit, neque hoc a me iustus arbiter postulabit. Quapropter, quae optime de hac re sentierunt praestantissimi interpretes, indicasse sufficiat.

Restat nexus inter Pf. I. et II. paucis demonstrare, cum non plane reicienda sit illorum opinio qui utramque oden pro una et continua habent. *Sententia* Pf. I. est: „Pius, Legum Iehovae strenuus observator solus felix esse potest.“ Pf. II, 1. sq. pergit: Atqui, sunt qui regem Iraelis persequendo, leges Iehovae laedant, ut ut ipse Deus, Davidem et Salomonem, reges designaverit. V. 10. 11. Cavete vobis reges, nam V. 12. *Sohus Iehovae cultor felix esse potest.*

תְּהִלִּים

תהלים

PSALM. I.

אָשְׁר־לֹא־הָרַךְ בְּשִׁזְבֵּחַ רְשָׁעִים
אָשְׁר־לֹא־חָרַג בְּקָרְבָּן כְּפִתְאָם
וּבְרוּךְ בְּקָרְבָּן כְּפִתְאָם לֹא־עָצָר
וּבְמִשְׁבֵּט־רְצָוֹם לֹא־נָשַׁב:

B 3

VARIA LECTIO.

Psalmus I. saepe non numeratur, tanquam prologus aliquis, ut in Graecis quibusdam Codd. ac num. I. incipit a Psalm. II. in Codd. De Rossianis 234. 878.
— V. 1. ων ομισσον την vertunt οι δι.

ADNOTATIO PERPETVA.

Inscriptio psalmor. **תהלים** ex vers. των 6, Φλεματι, in vernaculaṁ tranſiit. Sunt Hymni plerumque in laudem Iehovae, dei popularis Israelitarum, ad eius cultum, ideoque hominum virtutem promoven-
dam. — **נֶהֱרָה** est genus των νήρων.

V. 1. **אָשְׁר**, ἀσθενεῖς, **כָּלֹבְדִּי**, felicitates, h. e. felix est. Sic Pf. 32, 2. Ierem. 17, 7. — **אֲיַשֵּׁד**, unusquisque. **אִישׁ**, ivit 2) metaph. vixit, nos: seine Lebeswei-
fe einrichten. — **כְּסָעָה**, consilium, βελην. — **כְּשָׁבָב**,
Eandem fere sententiam expressit Bacchylides ap. Athenaeum Lib. IV.

'Αυτομάτοι δ' αγαθῶν δύτας εὐοχθόες,
Ἐπερχόμενοι δύκαιοι φῆτες. —
Gaudet iustus iusto, impius impio, similis simili;
et beatus ille, cui omne cum impiis confortium

2. פ' אם בטורת רונה חפץ
ומכלתו נזנחה וונם גלגוליה:
3. ורונה כען שטיל על-בלאי - מים
אשר ברוז וווען בענין
ערניך ראנזון
כל אשר עשה צלחיה:

V. בְּרִיהָ, Kennic. 255. — כְּלֵל, Kennic. 4. Codd. — יְכֵל, Kenn. 11. Codd.

V. 2. בְּ, quinimo, potius, ut alii. הַרְחָבָה, *romos*, int. praeculta Moysaica. וְפָרָג, *seleucus*, animi dele-
ctatio. Sic **חֲלֹצָן** bene vivere. וְהַזְּהָבָה, analysis
huius verbi vide Exodi III, 14. הַמְּלָאָכִים, *lēsi*, mele-

V. 3 Addit poeta suavem imaginem, ab arbore frugisera desumptam, quism accommodat ad hominem boni frugis. — **vv.** arbor; palmam putat Antonius in Specim edit. psalmor. suae Viteb. 1780. cf. Ps. 92, 13. — **חיה כ**, similis est. — **פלג**, fossa arte facta διέζεσθε. — **פָרְנוֹ** * וּתְנִ — **אַקְדּוֹן**, τούτου.

^{*)} „Certo dabit, dare solerit;“ neque enim unquam futurum
vere pro praesente aut praeterito solitum ap. Hebr., licet
id velit Cel. Hesji Gramm. p. 113. et Michaelis ad
Lowth, I. c. Prael. XV. p. m. 288.

לֹא־כְּנָהָרֶשֶׁת 4.

כִּי אַם־בָּמָץ אֲשֶׁר־תַּרְפִּגְנוּ רְתִינָה

עַל־כֵּן לֹא־קָמָה (שְׁעִים בְּמִשְׁבַּת

וְחַפְאִים בְּשִׂיחַ אֲרוּקִים);

B 4.

V. 4. **חרשע**, Kenn. Cod. 268. Scilicet **—**
finals saepe lineola superiori notatur et omittitur.
— **יקרמו**, plene legunt 31. Codd. apud Kennic.
Ceterum δέ repetunt ὥχ σύνταξ, legerunt ergo du-

בעתו Sic Matth. 3, 8; 7, 17. Hebr. 13, 15. — tempore iusto. Suffix. נִ significat pron. 3. pers. *אַנְתָּךְ*, cf. Hassium I. c. p. 202.

עליהו — **וַיַּפְלֵל**, **לְעַלְיוֹן**, **לְעַלְיָהוֹן**

Jerem. XVII, 8. — **יצירחו**, **וְצִירְבָּנָה** arab. قَنْ

explet, perficit.

V. 4. **לֹא־כֵן**, huic oppositi sunt e contrario, **הַרְשָׁעָה**, scil. **לְהַרְשָׁעָה**. — **טוֹזֵעַ**, **χρυσός**, palea. Vid. Ven. Kuinoel ad Hofæae 13, 3. — **תְּבִנָה**, **αριστερά**, di-spello. Sic Homer. Il. V, 499, sqq.

Ως δ' ἀνεμος ἀχνας φορέας οέρας κατ' ἀλλακάς
απόδημη λικμώντων, ὅτε τε κακήν Δημήτρη
κρίνει, ἐπιγεμένων ανέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας
εἰ δυπολεμάνισται αχνηματί. ὡς —

Sensus; Ab arbore quae tempore iusto fructus fert, et ab homine semper pie vivente, longe abest impius, homo inconstans, varius.

V. 5. **יקרמו**, **עַל־כֵּן**, **דֵּין תָּרוֹ**, ideoque. — **וְצִירְבָּנָה**, **וְצִירְבָּנָה**, h. l. caussa cadent. Cogitat sibi poeta implorum gregem coram Ichova stantem, nec quaestionibus summi judicis respondentem. — **בְּשַׁבָּט**, **בְּשַׁבָּט**, iudicium vid. Ziegler ad Prov. 19, 2. **עַדְהָה**, concio. — **חַטָּאתִים** — **צְדִיקִים**, **חַטָּאתִים** — **צְדִיקִים**, talēm impium neque deus amat, nec pius in hac terra quilibet ferre potest.

6. כִּי־זֹרֶעַ יְהוָה גָּרֶב צְרוּקִים
גָּרֶב רְשֵׁעִים האֲכָר;

pliciter, **לא-כָן**, nisi emphaticē repetunt. *Origenes* in Hexaplis hanc repetitionem nec in ullo hebr. textu, nec in aliqua verū graeca invenisse testatur. Sic etiam *Hieronym.* praef. in *Psalmos*. At habent versū. LXX secutae Ital. Vulg. Arab. Aeth. Syr.

V. 6. *Sensus*: Iehova enim bene perspectum habet uniuscuiusque hominis animum, et agendi rationem, nullus illum fugit; idcirco certo certoque poenas dabit impius. **תָּאָכֵר**, ~~מְגַנְּבָה~~ consequens pro antecedente.

PSAL.

PSALMVS II.

1. לְמַה רָגַשׁ גּוֹיִם
לְאַמּוֹת נְחַדְּרָקָן:

2. וְתַצְבֵּה מֶלֶךְ־אָרֶץ וּרְחוּנִים
נְסֻרוּגָּתָר עַל־זֹהָה וְעַל־מִשְׁיחָה:

B 5

VARIA LECTIO.

Psalmus II. est pars I. in Cod. Kenn. 17. 37. 216. in Cod. De-Rossi 554. 596. 782. Sic unus Cod. apud Originem, aliique nonnulli Kimchii aetate. — V. 1. וְלֹאָמָר, legunt 11. Codd. Kenn. — רָגַשׁ, Kenn. 246. — V. 2. יְפִירְצֵבָה, Kennic. 74. 97. 133. — לְמַרְכֵּי, Kenn. 93.

ADNOTATIO PERPETVA.

V. 1. לְמַה, Sic Cic. in Orat. I. in Catil. c. I., „quousque tandem.“ Horat. Od. L. V. c. 7. v. 1. — רָגַשׁ, φρυσάω. Symm. κυττά; est vox, hominum res novas molientium, incomposite ubique convolantium. — גּוֹיִם, (vid. Argum.) hostes regis Israelis intelliguntur. — לְאַמּוֹת, λαοι, universae nationes.

רְיךָן, moluntur rem fieri nesciam, regem Israelis imperio privare conantes, qui tamen Iehovae nutu regnat. — Senfus: Irriti sunt motus bellici hostium regis Israelis, quia deus illum tuetur.

V. 2. Fufius explicat poeta quae iratus dixerat. רְחִיצָבוֹן, Symm. συλεωτό, LXX παγεσπον. b Doederl. vertit in Scholtis: „tumultiantes coeunt,“ et laudat Ps. 55. 15. — מֶלֶךְ־אָרֶץ, puta reges Canaaniticos, et affines, imperatores גּוֹיִם, v. 1. — עַרְבָּא, saepe Palaestinam significat, sicuti Graeci et Romani, urbis et terrae suae vocabulis, uteban-

3. נַנְתָּקָה אֶת־בָּסָרֹתֵינוּ
וְשִׁלְבָיכָה מִמֶּנּוּ עֲבָתֵינוּ;
4. וַיַּעֲשֵׂב בְּשָׁמִים וְשָׁדָק
אָרוֹן זְרוּעַ־לְמִי;
5. אָז וַיַּבְרֵר אֱלֹמָה בְּאָפָּה
וּבְחָרְנוּ יְבָהָלָמוּ;

V. 3. נַנְתָּק, Kenn. 168. — מסרטוכו, Kenn.
40. 168. — סוטריה, Kenn. נַשְּׁלָכָה, Kenn.
40. — אֶת עֲבָתֵנוּ, Kenn. 156. — V. 4. Kenni-
cottianis Codd. 61 legentibus, adde De-Ros-
fianos 25 Codd. Psalter. 1477. Psalter. Neap. 1491.
ישׁוּרִין legit Cod. 419. Kennic. — Post קָרְבָּן,
ex LXX. Vulg. Arab. supplendum est לְמִי clapsium
verbum. cf. Pf. 37, 13. 59, 9. — V. 5. בְּקָרְנוּ,
12. Codd. Kenn. — יְבָהָלָמוּ, 7 Codd. Kenn.

tur. — Sic ποσμος Matth. IV, 8. 2 Petri 1, 4, ρόχηντις, LXX ἐι ῥέχοντες, proceres nationis. מְשֻׁרָּה, b. I. regem Israelis significat. Vid. S.V. Pauli Clav. Pff. ad h. I. — Sensus: Dum Davidem, vel Salomonem, persequuntur reges Palaestinenses, ipsius Iehovae le-
ges transgreduuntur.

V. 3. נַנְתָּקָה, sc. אמר. Fingit sibi poeta illos
hostes furore suo iniurias contra Sionis regem
edentes. מְסֻרָּה, vinculum. נַשְּׁלָכָה, נַשְּׁלָכָה — απορριψαμένη. Liberemus nos a servitute il-
la, a rege Israelis nobis imposita; liberi sumus,
regi e nostris obedientes. — עֲבָתֵנוּ, compedes he-
servitutem.

V. 4. Respondet poeta obiurgationibus illorum. Je-
hova qui in coelis sedens cogitatur, tuetur regem
Israelis, et nihil facit impetus hostium eius. —
פְּרַעַג־יְשָׁרָם, irridet, floccipendet. לְמִי, suffi-
xum habet 3 pers. vid. Pf. I, 3. לְמִי, contr. ex
דְּלִיל, illis.

V. 5. אָז, Chald. אָז, τότε. Disciplicet significa-

6. גָּאֵן נְכֹתֵי מֶלֶךְ

עַל־צָיוֹן הַר־קָדְשֵׁינוּ

7. אַסְפָּרָה אֶל־חַזְקָן יְהוָה

אָמֵל אֱלֹי בָּנֵן אַתָּה

אָט תִּוְסַט וְלוֹחֲקֵנוּ

V. 6. נְכֹתֵי מֶלֶךְ קָרְשָׁן ex LXX. Vulg. Arab. legendum putat Koehler in Eichh. V. S. V. Repertor. bibl. Tom. III. coll. Prov. 8, 23, Auctor. 4, 27. — V. 7. חַזְקָן, 6 Codd. Kenn. — יְלֹרָךְ, 3 Codd. Kenn. יְרוֹדוֹרָךְ, 2 Codd. Kenn. Cod. 133. Kenn. Ceterum Michaelis in biblioth. Or. Tom. X. annotavit Vett. omnes loco legisse אַסְפָּרָה מְסֻפֵּר. Idem alio post hoc supplet, quia Aquilam, Theodot. Hieron. et vers. VI tam Graec. ita legisse putat. vid. Koehleri observatt. critt. in Ps. I. c. —

tio „vehementer“, ex Arab. ^{جَلِيل} derivata, quia in sequente nostrum ^{בְּאֶפְלָל} abundaret, nec talis pleonasmus, quod sciām, Hebraeis solitus est.

Sensus mihi hicce videtur: Si iniuriam patri ^{mea} faētam, inquit Salomo (vid. Argum.) et in me convertent, tunc Iehova iratus illos terribit, ^{רָאֵזֶן}. — מַן, vox compos. ex ^{לְ} אָל, ad, et ^{מֵ} הַ poet. ^{אָלָמָן}, vide Hassium I, c. p. 202, בְּהַל, P. terruit.

V. 6. Alludit forte poeta loco 2 Sam. VII, 13-15, vid. Argum. — נְכֹתֵי, ^{גָּאֵן} ^{צָיוֹן} vertunt ^{אָלָמָן} ^{אָלָמָן}, addentes ^{בְּ} אָלָמָן, „me regem designavit“ — אָלָמָן, in Sione enim arce Hieropolymarum Iehovae arca foederis et tentorium stabat, „Sioni, he. regno Israelitarum, te regem constitui.“

V. 7. Explicat poeta sensu illius promissionis 2 Sam. VII, 13-15. — פִּתְּרָה, a Rad. פִּתְּרָה, „legem.“ vid. Knapp. ad h. l.; et Herder. im Geist der Ebr. Poe-

8. שָׂאֵל מִמְּנִי
וְאַתָּה נֹתֵן כְּלָלֶת
לְאַחֲרָת אַכְרִיר אָרֶץ:
9. תְּרֻעַת בְּשָׁבֵט בְּרִיל
כְּכָל יוֹצֵר הַגְּזָבָה:

V. 8. וְאַחֲרָת, sic 7 Codd. Kenn. — V. 9. תְּרֻעַם, sic 27. Codd. Kenn. — תְּרֻעַם legerunt 70. vertentes ποιμαντές εὐτράξ. Ita quoque expressit Iohannes apocal. II, 27. XIX, 15. Sic Syr. Arab. *Hiron.* τρες ὁ sequentes. — כְּכָל legit Psalter. 1477. Cod. Alex. LXX. Syrus, Arab. Vide De-Rossi Var. Lect. — כְּל שְׁעִטִּי — 121. Kenn. LXX. Arab. —

אָסְפָּרָה — יְהֹוָה sie Th. II, p. 398. Not. b) Verba Arab. et Syr. ad v. 6. referunt; ut enuntiarem statutum Iehovae. — רְדָתָךְ, *reverentia* σε, he. pro filio; ideoque pro tege Israelis declaravi Deutr. XXXII, 18. Rad. דָּרְךְ cf. Schultens infit. L. H. p. 153.

V. 8. Hac ipsa promissione Jehova regem de auxilio perpetuo suo certiorem facit. Defumta est haec imago a more regum veterum, quorum munificencia die solemani magna beneficia promittere solet. Vid. Doederl. in Schol. *נוֹחִיתָן*, *χαροποιεύων*, hereditario imperio reges Palaestinenses et affines illis tibi subiectio, ita ut in totam *terram saudam* (*אֶדֶן*) — *אַרְצִי* imperium tuum exerceas.

V. 9. Et si forte insurgent in te, me defensorem habebis. תְּרֻעַם, ex Rad. רָעַ, contundere commovit. — נְבָץ, P. evertere.

רְתָחָה מִלְכִים חַשְׁבִּילוּ 10.

גָּוֹטֶרֶת שְׂעִיר אַרְץ :

עֲבָרָה אֶת־יִתְנַהֵּה בְּרִיאָה 11.

לְגַלְלָה בְּקַרְבָּה :

נְשָׁקֵר־בָּר פָּנוּ אַגְּפָה 12.

וְאָבָרוּ דָּרָךְ

בְּיִרְבָּעָה כְּמֻעָט אַפּוּ

אַשְׁרִי בְּלִיחָסִיר בָּרוּ:

V. 10. חַסְטוֹן, 6 Codd. Kenn. mendose! —
V. 11. post ponit Koehlerus l. e cum LXX
legit autem Raschi נִילָה pro futuro הַנִּילָה habet.
V. 12. חַסְטִים, Cod. Kenn. 1. 76.

V. 10. Quae cum ita sint, timeatis Jehovahm qui-
cunque infidias struitis regi Israelis. — חַשְׁבִּירָה,
εὐνέτε. Simile est illud Matth. XI, 15. cf. Ven.
Ziegler ad Prov. 14, 35.

וְהַוּרָה, παύενθητε, in meliorem vitam redeatis.

V. 11. רְעוּהָ, τρόμος. עֲנָן terruit. — Non lae-
dite leges Jehovahae, regem persequendo.

V. 12. נְשָׁקֵר, δρακόντες παιδίας, „Colite.“ Symm. προσκυ-
νητε καθηγός. Vid. Ven. Kuinoel ad Hoseam c.
13, 2. Aben Ezra, Kimchi explicant bene: „regem
veltrum agnoscite“ Prov. 31, 2. — בָּר, poet. pro
[בָּר] Senus: Gaudeatis imperio Israelis, ne illius
laesione Jehovah leges transgrediamini, et poenas
detis. אַשְׁרִידָן, repetitio sententiae Psalmi 1.

Ueber-



Uebersetzung im Geist der Parallelen.

1. Glücklich ist

Wer nicht betritt der Sünder Pfad
Nicht wie die Frevler handelt

Der Spotter Umgang meiden

2. Vielmehr Jēhova's Vorschrift liebt
Sie unaufhörlich zu erfüllen sucht.

3. So wie die Palm' am Bach

Die zeitig Früchte trägt —

Nie welkt ihr Blatt —

So glückt auch ihm sein ganzes Thun.

4. Nicht so dem Frevler!

Wie Spreu ißt der

Ein Spiel der Windeswirbel.

5. Deshalb besteht vor Gott der Böse nie

Den Frevler scheut der Gute.

6. Jēhova kennt das Herz des Biedern

Den Büßen stürzt sein Frevel.

7. Wie lange dauerte der Völker Gölrung,

Wird ganzer Nationen innre Wuth noch Theilnahm' finden?

8. Könige mögen Bündniß schließen und ihre Grossen;

Sie haben sich gegen Jēhova und seinen Gefalbten verschworen.

9. „Laßt uns zerreißen ihrer Fesseln Band — (so denken sie)

„Frey seyn von ihrem Doch!

10. Drob lächelt, der im Himmel thront,

Es spottet ihrer der Herr.

11. Bald wird in Drohung gegen sie er zürnend ausbrechen,

12. Ich

6. Ich selbst — die/s ist sein Wort — ernannte ihn zum
König
Zions, auf dem mein Tempel steht.
7. Jetzt will ich seinen Willen euch offenbaren,
Er sprach zu mir: „du bist mein Mitregent
Von heute an sollst du es seyn.“
8. Sobald du mich anrufest
So soll'n die Völker (v. 1.) dein Besitz
Ganz Palästina dir zum Eigenthume werden.
9. Mit mächtiger Hand will ich sie bändigen
Zertrümmern den Verein wie irdenes Gefäß.
10. Dies ist sein letztes Wort zu euch ihr Könige, beherr-
zigt es,
Ihr Richter ganzer Länder befmet euch
11. Ehrfurchtvoll bezeigt euch gegen Jehova.
Mit Zittern freut euch seiner.
12. Befähigt ihn durch Liebe gegen seinen König
Damit nicht vor der Bestrafung er straft;
Sehr bald entflammt sein Zorn
Doch jeder der ihm traut ist glücklich.

EXCVR-



EXCVRSVS
LOCIS N. T.
IN QVIBVS
PSALMVS I. ET II.
LAUDATVR.

Cum imprimis psalmis olim contigerit, ut a theologis christianis non solum propter morum doctrinam, verum etiam, et faepissime quidem, propter vaticinia de servatore mundi, summo in pretio haberentur; meum duxi, ne mancus hac ex parte hicce meus labor videatur, addere illa N. T. loca, et brevissimis explicare, quae utriusque carminis mentionem faciunt.

Mattheaus XXV, 32. igitur, dum sibi Christianum angelorum corona circumdatum, in supremo iudicio impios a piis segregantem, cogitat, et lectoribus suis ad pium eius cultum adducendis, describit, Psalmi I, 5. verba in animo habuisse dicitur; nec, quo minus id verum sit, sensus impedit, cum hic maxime evangelista psalmos fida memoria tenuisse, et cum fructu in religionis disciplina adhibuisse, facile putandus sit.

Paulus 2 Timoth. II, 19. „έγω κύριος, inquit, τους ὄντας ἀντεῖ,“ et commendat discipulis suis verum dei cultum cum nonnullos vano de illo errore implicitos esse animadvertisset.

Psalmi

Psalmi I, 6. sensum expressisse apostolum putant; nec res vetat. *Lucus Actor IV, 2. sq. narrata apostolorum, Christi religionem praedicantium, a Sadduceis captivitate, et defensione illorum coram Hanne aliisque summis ficerotibus a Petro et Ioanne in admirationem iudicum feliciter finita, apostolos domum revertisse memorat, et quae acciderant suis indicasse.* Qui, ex hoc nuntio, preces ad deum facientes, dixerint: Ιατρὶ ἐΦεύ-
ξαν ἐθνην, — αὐτοῖς; quae sunt verba Ps. II, 12. ex interp. τῶν ὁ. Hac vero V. T. versione Christi eius temporis cultores praecipue affueti fuisse videntur. Quocirca, quae de ΠΝΘΩ, Κυριῳ καὶ Χριστῷ, dicebantur, facile ad Salvatorem suum accommodare poterant. Autorem vero Ps. II. regem Israeliticum cecinisse, historicis argumentis et historico carminis sensu, rectius evincitur.

Idem Actor XIII, 33. Pauli iter per Asiam minorem refert, et orationem eius Antiochiae, in urbe Pisidia, habitam laudat, cui verba Ps. II, 7. immiscet, quae secundum vers. LXX memoriter pronuntiat. Haec verba, ab Apostolo ad Iesu Christi resurrectionem accommodata, si quis eodem sensu ab auctore Ps. II. scripta putet, quibus rationibus id probare velit, equidem non video. Narrat enim hic, actu regem Israe lis (Davidem vel Salomonem, vid. Argum.) ab ipso Iehova designatum esse. Ceterum hicce N. T. locus, quod psalmum II. lectione criticis nostris maxime probata περτον numerat, memorabilis est.

Paulus Ebr. I, 5. Christi maiestatem et prae angelis dignitatem eo probare studet, quod filius dei ipsius dicatur, ideoque Ps. II, 7.

ex vers. alex. laudat. Hanc accommodacionem pro scopo suo bene adhibuit Apostolus, qui nunc eo magis auditoribus suis de sublimiori Christi natura animi sententiam persuadere poterat.

Ioannes Apoc. II, 27. pro εὐστασμῷ suo utitur Pf. II, 9. verbis ex vers. Alex desumptis, quae eadem c. XIX, 15. repetit. Assuetus erat Evangelista, seu quisquis sit auctor Apocal. versioni Alexandrinae, sicuti hodie, qui religionem Christi docent, versionem Lutheri semper recitare solent, quia probatae fidei et ingenii pluriū aptissima visa est.

Paulus Phil. II, 12. phraſi illa τὸν δὲ Pf. II, 11. Φοβεῖ καὶ τρομᾷ, adhortatur suos discipulos, ut salutem per Iesum partam curent.

Haec sunt illa N. T. loca, in quibus Psalmi nostri laudantur, et quae propter varium et multiplicem in libris theol. usum recensenda erant. Pater apostolorum τῶν LXX. vers. semper esse fecitos, et parum de historico sensu textus hebrei sollicitos accommodasse V. T. loca, quorum complarima Iesus ipse laudaverat. Illis usi de summa ex cultu Christi oriunda salute vera animi sensa facilius suis commendabant. Hoc pro scopo suo, Apostolis id laudi ducendum existimō.

VIRO

VIRO IVVENI
INGENII MORVMQVE LAVDIBVS
ORNATISSIMO
HENRICO CHRISTOPH. FRIDERICO
HVELSEMANNO

S. P. D.

H. EB. GOTTL. PAVLVS

LL. ORIENT. PROF. P. O.

Egregium hoc studii Tui in litteris sacris et re-
liquis classicis feliciter impensi specimen Patri Ven.
ac doctissimo, et TIBI magnopere gratulor. Tale ad
TE redit, quale mihi id offerre voluisti. Si quid enim
ipsi ex meis, quibus per se facile caret, interca-
lassem, ad emissum sane operae TVAE nonnihil de ea
laude, quam praecipuum habet, ut nimurum Tvo
TE iudicio, T. vero pulchrius sensu duci ac regi
pateat.

Ne tamen plane nihil TIBI commodare volu-
isse videar, paucula haec accipe ab argumento
Tvo non aliena. Primum hoc esto: Psalmum



primo loco positum a sequente ego ea potissimum de causa disjunxerim, quoniam hic de hominibus מִשְׁרָאֵל id est aggressoribus, *bello* coercendis agit, ille vero id genus των Ισραηλίτων tangit, quod *populi* iudicio reum fieri beat bonorumque sententia damnari — Statim ad alteram observatiunculam progredior. Psalmum, qui secundo ordine numeratur, ad Davidem referri vetat, si quid video, comma sextum. Tum nimirum, cum Davides Rex ungeretur — primo quidem contribulum Iudaicorum II. Sam. 2, 4, deinde totius Israelitidis, ibid. c. 5, 3. — tantum absuit, ut in Sione monte fierent sacra regni capessendi auspicia, ut potius ne ad terram quidem Israeliticam ea tempestate pertineret cum Sione Ierusalem. Rex creatus Davides cum de urbe regni sede meditaretur nulli neque Ephraimitarum neque Iudeorum invidiae obnoxia, novum sibi querere oppidum et lebusaeorum arcem Hierosolymitanam bello aggredi consultum duxit. Qua occupata nullibi de iterata fortassis in Sionis iugatione Davidis regia vel legimus quidquam vel conjectura elicere potuimus. Intercessit etiam, capitibus Hierosolymis, aliud temporis spatium prius, quam Sion mons שְׁרָאֵל דָּה *Deo sacer* appellari potuerit. Area illa, decem tabularum Israeliticarum dedicata custos, 2. Sam. c. 6 demum post complurium mensium intervallum ad Sionem deducta legitur. Salomo autem unus omnino is est, qui totius Israelitidis rex consecrato iam Sione constituebatur, et sacrificiis prope Hierosolymam in Gicho-

Gichone monte factis unctus, hanc urbem adeoque
 Sionis iuga regali pompa conscendebat. 1 Reg. I, 45.
 Spem nimirum illam omnem de stemmate Davidico
 solemniter conceptam 2 Sam. VII. iam statim sub
 initiis Rehabeami ultra dimidiam partem excisam
 atque imminutam fuisse inter omnes constat. Ac-
 cedit, quod etiam de alio rege praeter Salomonem
destinatum aliquod oraculum disertae legis (תְּרוּמָה)
 quo quidem is filius pronuntiaretur divinus, in sacris
 hebraeorum monumentis non existat. At tale ta-
 men effatum cum extet, inde comma Psalmi septi-
 mum facillime explicatur. Is enim, qui Deo aedes
 conditurus sit 2 Sam. 7, 13. ex proximo commate
 14. filii divini nuncupationem his ipsis totidem ver-
 bis atque פְּנֵי תְּרוּמָה obtainuit. Talis quidem ea est, qua-
 lis omnino in reges Israelitarum, supremi regis a
 Mose Exodic. XIX prudenter indicati vicarios, om-
 nes quadret, nulli tamen, ne Davidi quidem, fatidica
 voce et deliberato studio indita fuit. Unum hoc adje-
 cerim, Salomonaeam aetatem mirifice pacatam, ex
 omnime nominis potissimum, fingi. Sed turbae senectuti
 Davidis funestae, auspicia regni Salomonaei non
 nisi plena insidiis ac bellorum suspicionibus esse po-
 tutuisse, cuivis harum rerum indagatori luculentibus
 produnt. Neque contrarium argumentum peti
 poterit a silentio epitomatoris annalium judaico-
 rum, id est hominis de praecatione, Salomonae
 quam forte ad aedes conditas fusam fuisse invenit,
 servanda mirifice solliciti, omnia vero ista, quae
 regis ingenium ad altiora educatum terra marique

magna et gesit et molitum fuit (v. Ps. 45, 72.) gnau-
viter scilicet et religiose obfirmato animo negligen-
tis. — Liceat denique ad locum Act. XIII, 33. quo
Psaltri nostri verba quaedam recitantur, hanc no-
stram interpretationem adspargere, qua data sen-
sus commatis brevissimis explicari videtur: v. 32.
*Etiam nos ipsi (ait Paulus); laetum hoc vobis nunci-
um afferimus, melioris aevi spem illam sacram, quae
patrum animis obversata fuit; ipsam, nepotum ho-
no, nunc a Deo impletam esse eo eventu, quo Iesum
talem fitit, qualis Psalmi oraculo alius quidam de-
scribitur. Describitur enim ibi rex aliquis de novo
confitutus, Dei in regno Israelitarum vices gerens,
id est coelestis regis filius.* Vox *αντηνος* est indefini-
ta. Necesse igitur erat, ut Paulus, qua ratione
Deus Iesum *αντηνος*, describeret. Deus autem Iesum,
ait, talem fitit, qualem Psalmos ille aliquem
exhibet, scilicet, regem theocraticum. Sed tamen
Iesum hoc ipso Psalmo Messiam cani, nec voluit
Paulus nec potuit indicare, vir grammaticae in-
terpretationis monumentorum suae genti sacro-
rum peritior. Brevius dicere potuisset, .. *quod*
Deus Iesum regem theocraticam fiterit. Sed amant
Hebrei circumlocutiones istas et rei novae cum
veteri gentis historia comparationes. Pari autem
ratione, quemvis alium locum, quo rex aliquis
theocraticus novus canitur, in exemplum afferre
potuisset. Patet ex his, voces *αντηνος coram si-
flessi*, et *ως tali modo quo* — arclissimo orationis nexu
coniungendas esse, comma vero 32. a sequente
non

non dirimi, sed continuo legi debere: την προστατευτικαν επαγγελιαν οτι ταυτην ο Θεος εκπεπληρωσε. Vox ταυτην, hanc ipsam, emphaseos causa abundans ponitur, ut Act. 2, 23. qui ipse versus ab antecedente 22. punto divellendus non est. Locum difficiliorum ad Ebraeos c. I, 7. eadem ratione expediri posse, si otium scribenti supereffet, ostenderem.

Sed sublito tandem in iterata bonorum verborum acclamatione, laetus, quod tales Te ipsum avestigias, quales omnes ii erunt, qui eadem cura atque animi intentione in literis versati, audita vel lecta suo iudicio perscrutari, tum vero meditacionibus suis in libellos primum privatos accurate consignatis vires mature tentatas ad altiora praeparare fatagent. Sensim nimirum acquiritur habitus!

His vale, doctissime Hülsemanne, et res Tuis age quam felicissime. Scripsi Ienae d. XIV. Febr. cloJccxciii.

... et modis instruimus hunc librum cum
vixit. Et tunc regnante nova regno per
teologum predictum et anno 1073. regnante
emperatore etz. A. M. milites et clero deinde anno
mille et octo et quinque et quatuordecim da salutem et
et d. e. m. d. b. h. m. d. l. m. d. s. d. m. d. s. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.
d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m. d. m.

Et hoc est libellus predictus anno 1073
VII. et anno 1074. et anno 1075. et anno 1076.

Fd 3984




3

TA-DL

V317

M.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



PSALMI

I. II.

Q V O S

RIETATE LECTIONIS

E T

RPETVA ANNOTATIONE

ILLVSTRAVIT

RICVS CHRISTOPHORVS
DIDERICVS HVLSEMANN

GOTHANVS

EOL. CAND. ET LITER. HUMANIOR. CVLT.
SOC. LAT. IENENS. SOD.

J.

IENAE,

YPIS STRANCKMANNIANIS

MDCXCIII.